



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XIX. Ein Vidimuss Bischoff Ludewigss Zu Brandenburk vber Marggraff  
Albrechts fundation des Closterss vnnd desselben Zugeeigenten gütern;  
Weill aber dass Original diser Vorschreibung hiroben Zu ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

singulis, nihil iuris nobis nostrisque successoribus in pretaxato stagno Platekouu referuantes. Vt autem hec nostra gratia seu donatio sepe dicte Ecclesie Celiporte facta a nobis et nostris successoribus perpetue firma, stabilis et inconulsa perseueret, presentem paginam ex certa nostra scientia nostrj sigillj appensione fratribus memorate Ecclesie dedimus firmiter communitam, presentibus testibus idoneis ad hec specialiter uocatis et rogatis, scilicet: Venerabilj domino Ludouuico, Episcopo Brandenburgensij, Nobilj uiro Gunthero, Comite de Lyndouu, Hinrico de Stegelitz, Thyderico de Kerkouu, Hinrico de Sydouu, militibus, Hermanno de Luchow, nostro notario, et quampluribus alijs fide dignis. Datum et actum in Noua ciuitate nostra Brandenburg, Anno dominj M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>., feria quinta infra octauam Pasche.

Auscultata et collationata est hec Copia et Concordat cum suo vero originalj de verbo ad verbum, quod attestor ego Erasmus Seidell, supradictus Notarius, hoc meo Chyroglypho.

XIX. Ein Vidimus Bischoff Ludewigs Zu Brandenburg vber Marggraff Albrechts fundation des Closters vnd desselben Zugeeigenten gütern; Weill aber das Original diser Vorschreibung hiroben Zu befinden, hat man dieselbe alhier aufgelassen.

Nos Ludeuicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, Tenore presentium publice recognoscimus et testamur, Quod literas generosi principis domini Alberti, quondam Marchionis felicitis memorie, ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non raras, nec in aliqua sui parte uiciatas, Vidimus pariter et audiuimus de verbo ad uerbum in hunc modum. In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Licet omnis spiritus laudare dominum teneatur, Amplius tamen hii, qui de abundantia pietatis eius amplius acceperunt. Nos igitur Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus publice per presentes, Quod de donis altissimi nobis temporaliter et cet., vnd volget nun der text von wort Zu wort, wi Im Original, welchs hiroben No. I. auch von wort Zu wort also Zu befinden. Datum Euerwalde, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. Nonagesimo nono, in die Beate Catharine, Virginis et martiris gloriose. —

In huius igitur rei euidentis et perpetuum testimonium nostre ueritatis inditium presentibus est appensum. Actum et datum Scrapedorpe, presentibus testibus idoneis: Cappellanis, militibus et Vasallis nostris, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>., in die Beati Barnabe apostoli. —

Dass dise Vidimus Copei Collationiret vnd auscultiret vnd mitt Irem Original gleichlautend sey, dass betzeuge Ich obgesetzter Notari mit Diser Meiner handschrift.

XX. Marggraff Ludwigs Zu Brandenburg, Churfürst vnd Pfaltzgrawen Bey Reyn u. s. w. kauffbriefe vber das dorff Storkow, dauor Im das Closter geben hat Ein hundert vnd Zehen Mark Brandenburgisch Silbers.

In nomine Dominj Amen. Nos Ludouuicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Reni, dux Bauarie sacrique Romani imperii Archi-